



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Par Sanctorum Svibertus & Plectrvdis

Gelenius, Aegidius

Coloniae, 1640

Pro Historia B. Marcellini Presbyteri De S. Swiberto modesta Responsio,
aduersus Dubia à R. P. Iacobo Gretsero Soc. Iesu Theologo mota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9556

PRO HISTORIA B. MARCELLINI
PRESBYTERI DE S. SWIBERTO
modesta Responſio, aduerſus Dubia à R. P. Iacobo
Gretſero Soc. Ieſu Theologo mota.

P Iacobus Gretſerus Societatis Ieſu excellens Theologus, vt S. Richardo regium ſtabiliat titulum, in *Obſervationibus ad vitam eius cap. 7.* bene demonſtrat, quanti facienda ſit Eccleſiarum traditio, præſertim ab Hiftorico, cuius non tantum eſt aduertere, quid Veteres ſcriptum reliquerint, ſed & quid abſque ſcripto tradiderint, cuius traditionis neglectus viros quoque doctos à recto tramite nonnunquam abripuit. Ita quidem ipſe, & veriſſimè. Quo eodem argumento ſe ipſe conficit, quando B. Marcellini librum de vita S. Swiberti tanquam ſpurium condemnat; cum tamen hucusque ex traditione Maiorum noſtrorum, Rixfridi Ultraieſtini Epiſcopi in ſuis ad S. Ludgerum I. Mimigardeniſium Antiftitem, atque aliorum, non vnius ſed plurium iam ſæculorum, adeoq; ex certiffima traditione, in Eccleſia verè Catholica, B. Marcellini nomen prætulèrit, & ab omnibus approbatione Eminentiffimi Cardinalis Baronij, Bozij, aliorumq; Eccleſiæ Catholicæ luminum, tanquam genuinus approbant. B. Marcellini factus exiſtimatus ſit. Quin & archiuorum tabulæ, publica authoritate confectæ comprobant illum ipſum à B. Marcellino fuiſſe conſcriptum. Ita verò docent tabulæ.

Traditio ec-
cleſiarū ma-
gni faciēda
Traditio
de hiftoria
S. Swiberti
Traditionē
hanc Docti
approbant.
Traditio
hæc demō-
ſtratur ex
archiuo.

INSTRUMENTVM DE VITA
& Canonizatione S. Swiberti Patroni in
Räſſerswerde.

1478.

IN nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiufdem Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Indictione quinta, menſis Octobris die viceſima quarta, hora prima: vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Sixti diuina prouidentia Papæ IV. anno ſuo primo, in mei Notarij publici ac vener. & honorab. Virorum Dominorum Magiſtrorum Heinrici de Ethen /

De-